

1. Übersetze:

Anno a. Chr. n. sexagesimo quarto urbs Roma arsit. Multi homines in domibus haeserunt et necati sunt. Cur tibi persuadere non possum? Mihi persuasum est hoc verum esse. Magister nobis persuasit hanc artem utilem esse. Salutem omnium hominum augere debemus. Cur hos homines miseros irrisistis? In erroribus permanere stultum est. Milites in Italia remanserunt, quamquam ubique multa bella instabant. Multi milites diu in Germania manserunt.

2. Cavete homines crudeles! Quis in equo Troiano sedit? Senatores multos agros possederunt; tamen saepe divitiis equitum inviderunt. Cur gloriae nostrae semper invidetis? Graeci subito copias removerunt et equum ingentem reliquerunt. Homines, qui amore permoti sunt, saepe rationi non parent.

3. **Welche Partizipien gibt es im Lateinischen? Welche haben aktive, welche passive Bedeutung? Vergleiche mit dem Deutschen!**

4. **Nach welcher Deklination (mit welchen Endungen) werden Partizip Präsens und Partizip Perfekt dekliniert? (Beispiele: clamans / rogatus)**

5. **Wie lautet das Partizip Präsens von „ire“, „velle“, „nolle“?**

6. Ergänze die richtige Form des Partizip Präsens:

liberos (flere), pater (monere), corpora (iacere), servis (laborare), servos (velle), puerorum (audire), cum serva (metuere), domini (clamare), dominam (adire)

7. Ergänze die richtige Form des Partizip Perfekt:

rex (superare), in urbe (circumdare), agmen (perterrere), imperatoris (irridere), homines (retinere), domum (delere), per flumen (complere), fratri (fugare), senatorum (rogare), generibus (miscere), divitiae (augere), poetas (docere)

8. Attributives Partizip:

Videmus multa templa statuis pulchris ornata. Magister est vir pueros et puellas docens. Roma a Romulo aedificata caput imperii est. Incolae ab hostibus oppidum temptantibus perterriti sunt. Cur non audivistis clamorem viri a bestiis temptati? Templa a Graecis aedificata nobis placent. Turres arcis ab hostibus deletae arserunt. Verba poetae fabulas recitantis omnes delectabant.

9. Substantiviertes Partizip:

spectantes, audientes, amantes, docentes, docti, possidentes, responsa, mixtum, inventa, invenientes, meritum, praeteritum, invidentes, excellentes, sponsum

10. Adverbiales Partizip (participium coniunctum):

Piratae insulam temptantes ab incolis perterriti sunt. Agricolae a piratis temptati in silvas fugerunt. Servi agros bene colentes a domino laudati sunt. Milites subito fugerunt in silvas currentes. Milites ab hostibus superati tamen non fugerunt. Milites bene pugnantes certe victoriam reportabunt. Orpheus sibi magnam gloriam paravit etiam bestias feras cantu suo domans.

- 11. Bilde Imperfekt, Futur I, Perfekt, Plusquamperfekt und Futur II zu:**
finis, servimus, expediunt, nescio, sepelitur, impediior, muniuntur, audimur
- 12. Setze die folgenden Verbformen ins Aktiv:**
reperiti estis, apertum esse, consensum est, inventus ero, comperti eramus
- 13. Ersetze „ire“ durch „venire“ und „putare“ durch „sentire“:**
istis, ibunt, ierint, ibamus, ieras, putabo, putavisti, putant, putatum, putavisse
- 14.** Cicero consulatum expetivit. Cur pecuniam a nobis repetivistis? Cur me abire non sinitis? Cicero Catilinam accusare non desiit. Semper amicos conquiram.
- 15.** Agricolae incolas urbium alere debent. Ex invidia hominum saepe bella gignuntur. Cur me in inopia tua non consuluisti? Cur amicis tuis non consulis? Dux spem in virtute militum posuit. Cur ab amicis deserti estis?
- 16. Übersetze die Partizipien durch Beiordnung:**
Orpheus ad inferos adiit morte uxoris permotus. Orpheus apud inferos cantavit multa monstra videns. Thales defectionem solis providens demonstravit philosophiam utilem esse. Orpheus ad inferos adiit Plutonem timens. Orpheus magna spe completus vitam uxoris tamen non recuperavit. Orpheus censuit se Plutonem adeuntem saluti Eurydiceae providere posse.
- 17. Übersetze die Partizipien mit einem Präpositionalausdruck:**
Graeci dolum adhibentes Troiam deleverunt. Puer bene cantans tamen non laudatur. Orpheus inferos non timens Plutonem adiit. Puer a magistro monitus bene laboravit. Eurydica ambulans mortem obiit. Dux mortem non timens pugnavit. Croesus copiis Halym transire studens Thalem philosophum advocavit.
Dionysius inimicos fugiens tamen semper in periculo erat.
- 18. Ablativ mit Partizip:**
Persis victis Graecia libera erat. Amicis advenientibus Marcus valde gaudebat. Urbe deleta incolae miseri erant. Piratis multatis mare tutum (sicher) erat. Periculo immanente incolae oppidum tamen non deseruerunt. Oppido munito hostes prohiberi poterant. Graeci Persas arcuerunt duce claro copiis imperante. Omnibus consentientibus Cyrus equos, gladios, alia arma acquisivit. Paucis annis praeteritis imperium Persarum usque ad mare Aegaeum pertinebat.
- 19. Ablativ mit Prädikatsnomen (als Substantiv):**
Scipione consule Romani Hannibalem superaverunt. Romulo rege urbs hominibus impleta est. Te duce in publicum prodii. Aristotele auctore Alexander Magnus litteris studuit. Augusto imperatore toto imperio pax restituta est.
- 20. Ablativ mit Prädikatsnomen (als Adjektiv):**
Caesare vivo Gallia expugnata est. Augusto mortuo multi Romani tristes erant. Troianis insciis milites Graecorum in equum inierant. Exercitu invito dux pugnam paravit. Romanis inopinantibus Hannibal Italiam intravit.

